SOLEMNIS

ET NOVVS TRACTATVS DE CONTRACTIBVS EMPHYTEOTICIS ECCLESIARVM ET DEFENSIONIBVS IN ACTV PRACTICO, EMPHYTEOTIS,

Competentibus, & alijs poſſeſſoribus, Quarum Elenchum ſequens pagina includit

CELEBERRIMI ET SVBTILISSIMI I.C. Alexandri Raudenſis Mediolan. ex Dominis Burgheti. Iuriſciuilis Veſpertini Profeſſoris ordinarij in Gymnaſio Ticinenſi

AB EMINENTISSIMIS IVRISC. IACOBO MEnochio & Toma Guala approbatus.

OPVS AVREVM ET ADMODVM INGENIOSVM nouis inuentionib. & communib. opinionibus plenum, quibuſcunq. officialibus, tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus, publicis interpretibus, reſpondentibus de Iure & aduocatis, ac procuratorib. in vtroq. foro neceſſarium.

Cum Indice locupletiſsimo.

PAPIÆ,

Apud ANDREAM *Vianum, M. D. LXXXX.*

SVPERIORVM CONCESSV.

Num. 56. caso. 5.

Num. 13.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

ILLVSTRISS. ET EXCELLEN. D. CAROLO ARAGONIO. DVCI TERRAENOVAE ETC. GVBERNATORI STATVS MEDIOL. & Capitaneo Generali

PRO S. R. C. M. IN ITALIA, DOMINO *meo obſeruantiſſimo.*

HOC meum opus de rerum eccleſiæ contractibus, cum ex recepta ab omnibus conſuetudine, alicui Principi dicandum eſſet, tibi vni, Carole Dux Excell. multis, iuſtisq. de cauſis nuncupandum exiſtimaui. Cum enim, pene totum, verſetur in explicanda Leonis Pont. Max. epiſtola ſcripta ad vniuerſos Epiſcopos in Sicilia conſtitutos, non alij certè debebatur, quàm tibi, inter Siculos Principes, longè pręſtantiſsimo. Ego uerò, niſi mei officii immemor eſſem, alteri potius, quàm celſitudini tuæ ipſum dicare non poteram, nam cum Raudenſis familia, maximis fuerit Aragoniæ ſtirpi deuicta beneficiis, et Alphōſo Regi charisſimus fuerit Alexander I. C. magnus patruus meus, qui erat à conſiliis Ducis Mediolani, tu ſolus Dux Excell. Aragoniæ gentis, hoc tempore decus & ornamentum, à me Raudenſis familię uiro, iure optimo, meum hoc opus, exigere uidebaris. Quibus illud accedit, quòd nobiliſsimum hoc Ticinenſe Gymna

MODERNORVM PRINCIPIS IVRISCONSVLTORVM.

IACOBI MENOCHII

IVRISCIVILIS MATVTINI PRIMARII INTERPRETIS IN GYMNASIO TICINENSI.

COMMENDATIO, ET SVBSCRIPTIO

Tractatus praeſ. D. Alexandri Raudenſis, de Contractibus Emphyteoticis rerum Eccleſiæ legitur poſt hunc Indicem locupletiſſimum.

A

ABBATIÆ cuiuſdã agẽtis pro Caſtris quibuſdã pro Comitib. de Monteglio, defenſio, nu. 37. pag. 335.

Abb. c. Apoſtolicæ num. 6. 13. de donation. declaratur, nume. 107. pag. 319.

Abb. c. vt ſuper, ſub num. 11. de reb. eccleſ. non alien. reprobatur, nu. 2. pag. 258.

Abb. c. conſtitutus, numero 8. de reſtit. in integr. declaratur, nume. 111. pag. 321. & num. 113. 114.

Abb. conſ. 41. ante num. 2. lib. 1. declaratur, ſub num. 57. 58. 59. 67. pag. 204. & num. 20. pag. 254.

Abb. c. quod quibuſdam, num. 9. de fideiuſ. declaratur, num. 155. pag. 63.

Abbas c. 1. de reſtit. in integr. declaratur, num. 8. 9. pag. 284.

Abbas c. quærelam, numero 1. de elect. declaratur, numero 154. pag. 63.

Abbas egens defenſione ab imputationibus ſibi datis, & mutuo accipiens, an res monaſterij pro ſoluendo mutuo, poſsit vendere, ſub num. 43. pag. 154.

Abbatiæ, emphyteoticæ domunculæ affrancatio uigore Bullæ Pij V. impugnata Magon. Flore. deciſ. 69. ubi de Abb. conſil. 41. lib. 1.

a Abbas

DECLARATIO
ALEX. RAVDEN
I. C. DE CONTR. EMPHIT.
RERVM ECCLES.

Coram integerimo, & Clariſſimo D. Borgnino Caualcano, Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D. Hippoliti de Rubeis Cardinalis, & Epiſcopi Papiæ, Vicario, & Pontificio Delegato: exiſtentibus Coaduocatis Excellentiſs. I. C. D. Iacobo Menochio, & D. Thoma Gualla, aduerſus Præſtantiſsimos iuris peritos D. Antonium Mariam de Canibus, & D. Georgium Rippam, & D. Papinianum Girardum.

Vtilis, neceſ. multum practica. Et quotid. frequent. & Diſcuſ. in foro Eccleſ.

PRO reſolutione eorum quæ ad fauorem Collegij Illuſtriſſimorum Borromeorum aduerſus Illuſt. Domino Anniballem de Curte, propoſita fuerunt, ac eorũ quę in motiuis ſcripta ſunt, & ab Excell. D. Antonio Maria de Canibus confirmata, qui in ſuo reſponſo omnia pleniſſime reaſumpſit, ſat plane eſſet, apprime Reuerend. Doctiſsim. ac integerime proantiſtes, commemorare ex deciſione Peruſ. 34. columna 4. ante numer. 12. 1. parte huiuſmodi lites, eſſe mali exempli, & contra Sanctiſſima dogmata, & canones, & contra exemplarem vitam Sanctiſſimorum Pontificum, quid enim ſi amiſſa fuiſſent acta? Neuizanus conſ. 100. ſub nu. 12. Deo placuit repertum fuiſſe penes Cancell. Epiſcopalem, examen teſtium factum coram Commiſſarijs Appoſtolicis, & etiam Inſtrumentum Mandatorum, & inſtrumentum declaratoriæ

DECLARATIO ALEX. RAVDENS.

DE CONSOLIDATIONE EMPHYTEOSIS ECCLES. OB VTILIT. PVTATIVA

CORAM EODEM R. D. B. CAVALCANO
eiſd. exiſtentibus aduocatis, & aduerſ. patronis in eadem cauſa.

*ABSOLVTA igitur quarta parta parte, deueniendum eſt ad illam
ueriſsimā, & hodierna die magis
communem, opinionem, nempè mo-
tiuum deffectus utilitatis, tolli ex
1 ſola vtilitate † putatiua, prout in ter
minis reſpondit Riui. Jun. d. conſ. 7 1 3. num. 4 5. lib.
vi. qui quicquid dixerit D. Canis, non contradicit
in d. conſ. 3 5 5. num. 7 4. lib. quarto. ibi enim per cap.
constitut. de uerb. ſign. vbi glo. uerbo manifeſtum dicit
quòd, quicquid eſt in euidenti, nulla poteſt tergiuerſatio-
2 ne celari, & euidens * eſſe quod palam apparet ſeu, quod
manifeſtè liquet, vt declarat Bald. l. ea quidem. nu. 2 0.
C. de accuſ. vbi addit, quòd pro eodem ſupponunt, eui-
dens & manifeſtum, ſed ſic eſt quòd, palam † apparere,
poteſt intelligi dupliciter, verè vel putatiuè, vt ibi ſen-
tit Io. Monac. num. 4. dum ait, paria eſſe, quòd quid
ſit certum vel, leuiter certum, ergo retorquetur, ille tex-*

tus